

# ÉRTEKEZÉSEK

A NYELV- ÉS SZÉPTUDOMÁNYOK KÖRÉBŐL.

KIADJA A MAGYAR TUD. AKADEMIA.

AZ I. OSZTÁLY RENDELETÉBŐL

SZERKESZTI

SZINNYEI JÓZSEF

OSZTÁLYTITKÁR.

---

XXI. KÖTET. 4. SZÁM.

---

## DE SEXTA VERGILII ECLOGA

SCRIPSIT

GEYZA NÉMETHY

ACADEMIAE LITTERARUM HUNGARICAE SODALIS

*Commentatio in consessu Academiae Litt. Hung.  
die 22. Martii a. 1909. recitata*

**Ára 60 fillér.**

BUDAPEST.

1909.

## Értekezések a nyelv- és széptudományok köréből.

- I. k. I. Télyf** : Solon adótörvényéről. 20 f. — **II. Télyf** : Adalékok az attikai törvénykönyvhöz. 20 f. — **III. Tárkányi** : A legújabb magyar Szentírásról. 40 f. — **IV. Szász K.** : A Nibelungének keletkezéséről és gyanítható szerzőjéről. 20 f. — **V. Toldy F.** : Tudománybeli hátramaradásunk okai, s ezek tekintetéből Akadémiánk feladása. 20 f. — **VI. Vámbéry** : A keleti török nyelvről. 20 f. — **VII. Imre S.** : Geleji Katona István főleg mint nyelvész. 60 f. — **VIII. Bartalus** : A magyar egyházak szertartásos énekei a XVI. és XVII. században. Hangjegyekkel. 1 K 20 f. — **IX. Toldy** : Adalékok a régibb magyar irodalom történetéhez. 1 K 20 f. — **X. Brassai** : A magyar bővített mondat. 40 f. — **XI. Bartalus I.** : A felsőaustriai kolostoroknak Magyarországot illető kéziratai- és nyomtatványairól. 40 f. (1867—1869.)
- II. k. I. Mátray G.** : A Konstantinápolyból legújban érkezett négy Corvin-codexről. 20 f. — **II. Szász K.** : A tragikái felfogásról. 40 f. — **III. Joannovics** : Adalékok a magyar rokonszerelmű szók értelmezéséhez. 40 f. — **V. Télyf** : Solomos Dénes költeményei és a hétszigeti görög népnyelv. 40 f. — **VI. Zichy A.** : Q. Horatius satirái. 40 f. — **VII. Toldy** : Újabb adalékok a régibb magyar irodalom történetéhez. 80 f. — **VIII. Gr. Kuun G.** : A sémi magánhangzókrol és megjelölésök módjairól. 40 f. — **IX. Szilády** : Magyar szófejtetések. 20 f. — **X. Szenássy S.** : A latin nyelv és dialektusai. 60 f. — **XI. Szilády Aron** : A defferekről. 40 f. — **XII. Szvorényi J.** : Emlékbeszéd Arvay Gergely felett. 20 f. (1869—1872.) — **III. k. I. Brassai** : Commentator commentatus, Tarlózatok Horatius satiráinak magyarázói után. 80 f. — **II. Szabó K.** : Apáczai Cséri János Buresai Ákos fejedelemhez benyújtott terve a magyar hazában felállítandó első tudományos egyetem ügyében. 20 f. — **III. Szabó I.** : Emlékbeszéd Bitnitz Lajos felett. 20 f. — **IV. Vadnai** : Az első magyar társadalmi regény. 40 f. — **V. Finály** : Emlékbeszéd Engel József felett. 20 f. — **VI. Barna F.** : A finn költészetrol, tekintettel a magyar ősköltészetre. 80 f. — **VII. Riedl Sz.** : Emlékbeszéd Schleicher Agost, külső l. tag felett. 20 f. — **VIII. Dr. Goldziher I.** : A nemzetiségi kérdés az araboknál. 60 f. — **IX. Riedl Sz.** : Emlékbeszéd Grimm Jakab felett. 20 f. — **X. Gr. Kuun G.** : Adalékok Krim történetéhez. 40 f. — **XI. Riedl Sz.** : Van-e elfogadható alapja az ik-es igék külön ragozásának. 40 f. (1872—1873.)
- IV. k. I. Brassai** : Paraleipomena kai diorthoumena. A mit nem mondtak s a mit rosszul mondtak a commentatorok Virgilius Aeneise II-ik könyvéről különös tekintettel a magyarra. 80 f. — **II. Bálint G.** : Jelentése Oroszország- és Ázsiában tett utazásáról és nyelvészeti tanulmányairól. 40 f. — **III. Bartal A.** : A classica philologiaának és az összehasonlító árja nyelvtudománynak mivélese hazánkban. 80 f. — **IV. Barna F.** : A határozott és határozatlan mondatról. 40 f. — **V. Dr. Goldziher I.** : Jelentés a m. t. Akadémia könyvtára számára keletről hozott könyvekről, tekintettel a nyomdai viszonyokra keleten. 40 f. — **VI. Hunfalvy P.** : Jelentések: I. Az orientalistáknak Londonban tartott nemzetközi gyűléséről. — II. **Budenz J.** : A németországi philologok és tanfériak 1874-ben Innsbruckban tartott gyűléséről. 30 f. — **VII. Fogarasi J.** : Az új szókról. 30 f. — **VIII. Toldy F.** : Az új magyar orthologia. 30 f. — **IX. Barna F.** : Az ik-es igékről. 30 f. — **X. Szarvas G.** : A nyelvújításról. 30 f. (1873—1875.) — **V. k. I. Barna F.** : Nyelvészkedő hajlamok a magyar népnél. 50 f. — **II. Brassai S.** : A neo- és palaeologia ügyében. 60 f. — **III. Barna F.** : A hangsulyról a magyar nyelvben. 60 f. — **IV. Ballagi M.** : Brassai és a nyelvújítás. 30 f. — **V. Szász K.** : Emlékbeszéd Kriza János l. t. felett. 50 f. — **VI. Bartalus I.** : Művészet és nemzetiség. 40 f. — **VII. Télyf I.** : Aeschylus. 1 K 60 f. — **VIII. Barna F.** : A mutató névmás hibás használata. 20 f. — **IX. Imre S.** : Nyelvtörténelmi tanulságok a nyelvújításra nézve. 1 K 20 f. — **X. Arany L.** : Bérczy Károly emlékezete. (1875—1876.) — **VI. k. I. Mayr A.** : A lány aspiraták kiejtéséről a zendben. 20 f. — **II. Bálint G.** : A mandsuk szertartásos könyve, 20 f. — **III. Dr. Barna I.** : A rómaiak satirájáról és satirairól. 40 f. — **IV. Dr. Goldziher I.** : A spanyolországi arabok helye az iszlám fejlődése történetében összehasonlítva a keleti arabokéval. 1 K. — **V. Szász K.** : Emlékbeszéd Jakab István l. t. fölött. 20 f. — **VI. Adalékok a m. t. Akadémia megalapítása történetéhez. I. Szilágyi I. II. Vaszary K. III. Révész I.** 1 K 20 f. — **VII. Bartalus** : Emlékbeszéd Mátray Gábor l. t. felett. 20 f. — **VIII. Barna** : A mordvaiak történelmi viszontagságai. 40 f. — **IX. Télyf** : Eranos. 40 f. — **X. Joannovics** : Az ik-es igékről. 80 f. (1876.) — **VII. k. I. Barna F.** : Egy szavazat a nyelvújítás ügyében. 1 K. — **II. Budenz J.** : Podhorszky Lajos magyar-símai nyelvhasznítása. 20 f. — **III. Zichy A.** : Lessing. 40 f. — **IV. Barna F.** : Kapcsolat a magyar és szuomi

DE  
SEXTA VERGILII ECLOGA

SCRIPSIT

GEYZA NÉMETHY  
ACADEMIAE LITTERARUM HUNGARICAE SODALIS

*Commentatio in consessu Academiae Litt. Hung.  
die 22. Martii a. 1909. recitata*

BUDAPESTINI

SUMPTIBUS ACADEMIÆ LITTERARUM HUNGARICÆ

MCMIX.

Typis Societatis Franklinianae.

## De sexta Vergilii ecloga.

Vergilius, a veteranis prædio suo depulsus, promisit Alfeno Varo, qui in Pollionis bello Perusino fugati locum ab Octaviano Galliæ Cisalpinæ et agrorum divisioni præfectus erat, se facta eius, si agros Mantuanos sibi servasset, heroico carmine celebraturum. Huc pertinent Ecl. IX. vss. 27—29:

Vare, tuum nomen, superet modo Mantua nobis,  
Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ,  
Cantantes sublime ferent ad sidera cyeni.

Postea tamen deposuit consilium laudes amici epico carmine celebrandi, sed scripsit in honorem eius carmen bucolicum, *eclogam sextam*, cuius exordio ad maiora poemata vires sibi non sufficere ingenue fatetur et ob eam causam facta Vari celebranda aliis se relinquere dicit, amicum etiam minore munusculo, carmine scilicet bucolico in honorem suum scripto, contentum fore sperans. Ita enim interpretandi sunt Ecl. VI. vss. 1—12:

Prima Syracosio dignata est ludere versu  
Nostra neque erubuit silvas habitare Thalia.  
Cum canerem reges et proelia, Cynthus aurem  
Vellit et admonuit: «Pastorem, Tityre, pinguis  
5 Pascere oportet ovis, deductum dicere carmen.»  
Nunc ego, (namque super tibi erunt, qui dicere laudes,  
Vare, tuas cupiant et tristia condere bella)  
Agrestem tenui meditabor arundine Musam.  
Non *in iussa* \*) cano, si quis tamen hæc quoque, si quis  
10 Captus amore leget: te nostræ, Vare, myricæ,

\*) Pro vulgata lectione *iniussa* rectissime scripsit Vollmer: *in iussa*, ut sensus sit: «Non secundum iussa tua cano, Vare, tu enim carmen heroicum de factis tuis habere voluisti; tamen» etc. Contrarium dicit Vergilius Pollioni Ecl. VIII. vss. 11—12: «accipe iussis Carmina cæpta tuis.»

Te nemus omne canet; nec Phœbo gratior ulla est,  
Quam sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.

Sequitur ipsum idyllium bucolicum. Poeta narrat duos pastores, Chromin et Mnasylon, una cum Aegle nimpha Silenum dormientem in vincula coniecisse talique dolo coegisse senem, ut carmen diu promissum sibi caneret. Hæc continentur vss. 13—30:

Pergite, Pierides. Chromis et Mnasylos in antro  
Silenum pueri somno videre iacentem,  
15 Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho;  
Serta procul, tantum capiti delapsa, iacebant  
Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.  
Aggressi (nam sæpe senex spe carminis ambo  
Luserat) incipiunt ipsis ex vincula sertis.  
20 Addit se sociam timidisque supervenit Aegle,  
Aegle, naiadum pulcherrima, iamque videnti  
Sanguineis frontem moris et tempora pingit.  
Ille dolum ridens: «Quo vincula nectitis?» inquit.  
«Solvite me, pueri; satis est potuisse videri.  
25 Carmina, quæ voltis, cognoscite: carmina vobis,  
Huic aliud mercedis erit.» Simul incipit ipse.  
Tum vero in numerum Faunosque ferasque videres  
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus;  
Nec tantum Phœbo gaudet Parnasia rupes,  
30 Nec tantum Rhodope miratur et Ismarus Orphea.

Carmen autem ipsum, quod Silenus canit, primum agit de rerum origine, non secundum poeticam illam Hesiodi cosmogoniam, quam poetæ vulgo sequuntur, sed secundum Epicuri disciplinam vss. 31—40:

Namque canebat, uti magnum per inane coacta  
Semina terrarumque animæque marisque fuissent  
Et liquidi simul ignis; ut ex his omnia primis,  
Omnia, et ipse tener mundi concreverit orbis:  
35 Tum durare solum et discludere Nerea ponto  
Cœperit et rerum paulatim sumere formas;  
Iamque novum terræ stupeant lucescere solem,  
Altius atque cadant summotis nubibus imbres,  
Incipiant silvæ cum primum surgere cumque  
40 Rara per ignaros errent animalia montis.

Epicuri dogmata Vergilius Lucretii vestigia legens, ut Servii

adnotationibus docemur, hoc loco eo consilio profert, ut Sironis Epicurei, communis magistri, memoriam Alfeno Varo \*) resuscitet seque etiam nunc huic sectæ addictum esse testetur. Post cosmogoniam autem sequitur humani generis antiquissima ætas, fabulæ ad Deucalionem et Pyrrham et ad Prometheus pertinentes vss. 41 - 42:

Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna  
Caucasiasque refert volucres furtumque Promethei.

Deinde poeta transit ad expeditionem Argonautarum, sed ex Argonauticis fabulis unam modo eligit, fabulam de Hyla a nymphis raptò et ab Hercule deplorato vss. 43—44:

His adiungit, Hylan nautae quo forte relictum  
Clamassent, ut litus «Hyla, Hyla» omne sonaret.

Sequitur fabula de infelici Pasiphaë's erga taurum amore, cui adiunguntur Præti filiæ Iunonis ira ad insaniam adactæ, quæ in vaccas esse mutatae sibi videbantur. Hæc est ea carminis pars, ubi argumentum mythicum copiosissime exponitur, vss. 45—60:

- 45 Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent,  
Pasiphaën nivei solatur amore iuveni.  
A, virgo infelix, quæ te dementia cepit!  
Prætides implerunt falsis mugitibus agros:  
At non tam turpis pecudum tamen ulla secuta est  
50 Concubitas, quamvis collo timuisset aratrum  
Et sæpe in levi quæsisset cornua fronte.  
A, virgo infelix, tu nunc in montibus erras:  
Ille latus niveum molli fultus hyacintho  
Ilice sub nigra pallentis ruminat herbas  
55 Aut aliquam in magno sequitur grege. «Claudite, nymphæ,  
Dictææ nimphæ, nemorum iam claudite saltus,

---

\*) Alfenus Varus, a. a. Chr. n. 39. consul suffectus, certe maior natu erat, quam Vergilius; poterat tamen Sironem aliquot ante Vergilium annis audire itaque communem cum poeta habere magistrum. Ceterum erat iurisconsultus clarissimus, cuius studia Epicurea arguit etiam fragmentum in Digestis Iustinianeis (V. 1, 76.) servatum: «quod, ut philosophi dicunt, ex particulis minimis consisteremus.» Alludit igitur ad atomos, de quibus Vergilius hoc ipso loco agit.

Si qua forte ferant oculis sese obvia nostris  
 Errabunda bovis vestigia; forsitan illum  
 Aut herba captum viridi aut armenta secutum  
 60 Perducant aliquæ stabula ad Gortynia vaccæ.»

Breviter commemorantur fabulæ de Atalanta, Schœnei filia, quam Hippomenes malis aureis in stadium coniectis in cursus certamine devieit, et de sororibus Phaëthontis, quæ, dum fratris mortem deflebant, in alnos conversæ sunt, vss. 61—63:

Tum canit Hesperidum miratam mala puellam;  
 Tum Phaëthontiadæ musco circumdat amaræ  
 Corticis atque solo proceras erigit alnos.

Nunc transit Silenus ad celebrandum Cornelium Gallum poetam, Vergilii amicum, quem ab una Musarum in Heliconem duci atque a Lino, poeta antiquissimo, fistulam Hesiodi ei donari fingit vss. 64—73:

Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum  
 65 Aonas in montis ut duxerit una sororum  
 Utque viro Phœbi chorus adsurrexerit omnis;  
 Ut Linus hæc illi divino carmine pastor  
 Floribus atque apio erinis ornatus amaro  
 Dixerit: «Hos tibi dant calamos, en accipe, Musæ,  
 70 Ascraeo quos ante seni, quibus ille solebat  
 Cantando rigidas deducere montibus ornos.  
 His tibi Grynei nemoris dicatur origo,  
 Ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.»

Sequitur fabula de Scylla, Nisi filia, in monstrum marinum conversa, de Tereo et Philomela in aves mutatis vss. 74—81:

Quid loquar, aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est  
 75 Candida succinctam latrantibus inguina monstris  
 Dulichias vexasse rates et gurgite in alto  
 A! timidos nautas canibus lacerasse marinis,  
 Aut ut mutatos Terei narraverit artus,  
 Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit,  
 80 Quo cursu deserta petiverit et quibus ante  
 Infelix sua tecta supervolitaverit alis?

In fine cantus narrat Silenus de Phœbo ad Eurotam carmina meditante vss. 82—84:

Omnia, quæ Phœbo quondam meditante beatus  
 Audiit Eurotas iussitque ediscere laurus,  
 Ille canit (pulsæ referunt ad sidera valles).

Sed, cum advesperasceret, pastores Sileno valedixerunt: hic est finis idyllii bucolici vs. 85—86:

Cogere donec ovis stabulis numerumque referri  
 Iussit et invito processit Vesper Olympo.

Iam ex hac enarratione argumenti cantum Sileni esse principalem totius eclogæ partem elucet, sed, quomodo fabulæ illæ diversissimæ inter se cohærent curque poeta hos potissimum mythos sibi elegisset enumerandos, satis probabiliter explicare interpretibus huc usque non contigit. Quare *Deuticke*, recentissimus eclogarum explanator, initio commentarii ad eclogam sextam scripti hæc dicit: «*Dies Gedicht*, das nur im Anfang und Schluss etwas an die bukolische Richtung erinnert, *ist selber ein Wunder, wenigstens für uns ein Rätsel . . .* weil uns, wie schon den Erklärern im Altertum, trotz der klaren Einleitung (13—30.) der Zweck und Leitgedanke des Hauptteils (31—84.) verborgen ist.» Recenset deinde diversa novorum interpretum conamina, quibus breviter refutatis ita disputationem finit: «Kurz: bisher fehlt ein durchweg befriedigender Aufschluss, warum der heitere Silen all diese ernstesten, vielfach tragischen Geschichten berichtet. Und leider lässt sich kaum erwarten, dass *die vermutlich vorliegenden Beziehungen auf allerlei Ereignisse in der Umgebung des Dichters oder in der Literatur des Tages* jemals klar zu Tage treten».\*)

Verendum igitur mihi est, ne multis nimia videatur mea audacia, qui nunc clarissimos Vergilii interpretes meliora docere animum induxi. Sed nobis totum ænigma solvi posse videtur ex iis, quæ Servius ad Ecl. VI. 72. de nemore Gryneo adnotat: «In quo luco aliquando Calchas et Mopsus dicuntur de peritia vaticinandi inter se habuisse certamen, et cum de pomorum arboris cuiusdam contenderent numero, stetit gloria Mopso;

---

\*) Cf. *Vergils Gedichte*, erklärt von Ladewig und Schaper. Erstes Bändchen: *Bukolika und Georgika*, achte Auflage, bearbeitet von *Paul Deuticke*. Berlin, Weidmann, 1907.

præ cuius rei dolore Calchas interiit. *Hoc autem Euphorionis continent carmina, quæ Gallus transtulit in sermonem Latinum.*» Ergo pars cantus Sileni ad Gallum pertinens (vss. 64—73.) nihil aliud esse potest, nisi excerptum ex narratione quadam Euphorionea a Gallo in Latinum conversa. Quare non Gallus a Mysis in Heliconem duci fistulaque Hesiodi donari putandus est, sed Euphorion ipse, qui carmen quoddam, ubi inter alia de nemore Gryneo agebatur, tali proœmio instruxit. Est certe proœmium poeta Alexandrino dignissimum: similiter enim narravit Callimachus, princeps poeseos Alexandrinæ, quem Euphorion hoc loco ante oculos habuit, in proœmio *Actiorum* syllogen narrationum mythicarum continentium somnium suum, ut Anth. Pal. VII. 42. docemur:

\*Α μέγα διατιτάδα σοφοῦ περιπυστον ὄνειρα,  
 \*Π ῥ' ἔτεδν κεράων, οὐδ' ἐλέφαντος ἔης.  
 Τοῖα γὰρ ἄμμιν ἔφηνας, ἅτ' οὐ πάρος ἀνέρες ἴδμεν,  
 Ἄμφι τε θανάτους, ἀμφι τε τιμίδεους,  
 Εὔτε μιν ἐκ Λιβύης ἀναείρας εἰς Ἑλικῶνα  
 \*Πγαγες ἐν μέσσαις Πιερίδεσαι φέρων  
 Αἰ δέ σί εἰρομένῃ ἀμφ' ὠχυγίων ἡρώων  
 Αἴτια καὶ μακάρων εἶρον ἀμειβόμεναι.

Sed imitatus est Euphorion præter Callimachum etiam initium Theogoniæ Hesiodæ, ubi de Mysis (vss. 22—31.) legimus:

Αἰ νύ ποσ' Ἡσιόδον καλὴν ἐδίδαξαν αἰοδὴν,  
 Ἄρνας ποιμαίνονθ' Ἑλικῶνος ὑπὸ ζαθέοιο . . .  
 Καί μοι σκῆπτρον ἔδον δάφνης ἐρισιγλέος ὄζον  
 Δρέψασαι θιγτόν' ἐνέπνευσαν δέ μ' αἰοδὴν.

Restat igitur, ut quæramus, cur Euphorion initio carminis, ubi inter alia de nemore Gryneo agebatur, se successorem Hesiodi induxerit? Certe nullam aliam ob causam, nisi, quod in hoc nemore locavit certamen Calchantis et Mopsi, quod Hesiodus primum narraverat in *Melampodia*, ut fragmento 160. Hesiodi \*) docemur. Euphorion autem carmen quoddam

---

\*) Fragmenta Hesiodi attulimus ex editione: *Hesiodi carmina*, recensuit A. Rzsch, editio altera, Lipsiæ, Teubner, 1908. Ceterum Hesiodus certamen illud non in nemore Gryneo, sed in luco Apollinis Clario

suum teste Suida (s. v. Εὐφροῖων) inscripsit *Hesiodum*, quod narratio esse poterat argumentorum ex Hesiodi carminibus sumptorum, unde proœmium illud (vss. 64—73.) introductionem esse *Hesiodi* illius Euphorionei, narrationem autem de nemore Gryneo partem esse *Hesiodi* eiusdem iure nobis videmur suspicari.

Si nunc perlegimus eam partem cantus Sileni, quæ proœmium illud Galli præcedit (vss. 31—63.), hic quoque Hesiodi nos commonefacit ea res, quod Silenus primum (vss. 31—40.) de cosmogonia agit, deinde ad auream ætatem et ad mythos heroicis transit, ut Hesiodus fecit, qui in Theogonia cecinit de origine mundi, deinde in Operibus de aurea generis humani ætate, in Catalogo autem et in carminibus minoribus enarravit mythos heroicis, quamquam in hac parte Vergilius ea de causa, quam supra attigimus, in locum cosmogoniæ poeticæ Hesiodæ Epicuri physicam posuit. Sed iam mythi omnes vss. 41—63. enumerati sine ullo additamento philosophico ex diversis Hesiodi operibus sunt sumpti. Ad Deucalionem enim et Pyrrham pertinent fragmenta 2 3. et 75. *Catalogi* Hesiodæ; ad auream ætatem vss. 119. sqq. *Operum*; ad furtum Promethei ibidem vss. 50. sqq., ad pœnam eiusdem vss. 521. sqq. *Theogoniæ*; ad fabulam Argonautarum, cuius pars est fabula Hylæ, fragm. *Catalogi* 19., 50—54., 56—59., 63—64.; ad Minoa et ad fabulas Cretenses, quibus adnumeranda est fabula de Pasiphaë, fragm. *Catalogi* 30.; ad filias Præti ibidem fragm. 26—29.; ad Atalantam ibidem fragm. 20—22.; ad Phaëthontidas fragm. incertæ sedis 119. et 199. Ea autem particula, quæ ad Pasiphaën pertinet, ubi Vergilius fabulam non summatim, ut alibi, attingit, sed copiosius exponit (vss. 45—60.), pathetico dicendi genere narrata luculenter docet hoc loco fabulam Hesiodæam stilo epyllii Alexandrini esse conscriptam, i. e. materiem ex Hesiodo sumptam a poeta quodam Alexandrino tractari. Unde colligi potest, quod nonnulli iam suspicati sunt interpretes, hos quoque mythos a vs. 41. usque ad 63. olim stetisse in *Hesiodo* Euphorioneo.

---

accidisse narravit; videtur igitur Euphorion etiam hoc loco narrationem veterum poetarum suo more correxisse.

In hoc igitur carmine nova poeseos arte tractabantur fabulæ Hesiodæ a chao et a cataclysmo usque ad ætatem heroum. Ceterum ex mythis hic enumeratis fabulam Hylæ revera narravit Euphorion, ut fragmentis<sup>1)</sup> eius 149. et 94.<sup>2)</sup> docemur; ad mala Hesperidum autem ex fabula Atalantæ nota pertinet fragm. 111. Euphorionis præterea nos commonefacit vs. 43:

His adiungit, Hylan nautæ quo fonte relictum  
Clamassent;

hic enim fons a poetis non uno nomine notabatur; Euphorion autem enumerare solebat in carminibus suis diversas fabularum formas, unde elegit, quæ ei videbatur verissima. Tali igitur seriei epylliorum ex Hesiodo sumptæ<sup>3)</sup> præmississe videtur Euphorion proœmium illud (vss. 64-73.) a Gallo translatum, præter quod proœmium idem Gallus ex eadem serie in Latinum convertit narrationem de nemore Gryneo ita, ut proœmium, quod apud Euphorionem initio *Hesiodi* totius stetit, introductionis loco particulæ cuidam *Hesiodi*, narrationi de nemore Gryneo in Latinum translata præposuerit.

Quod ad eas partes cantus Sileni attinet, quæ sequuntur proœmium Galli, vss. 74—81. duæ fabulæ Atticæ occurrunt: altera de liberis Pandionis, Procne et Philomela, et de genero eiusdem Tereo; altera, quæ cum illa artissime cohæret et fabulis Atticis adnumeranda est, de filio Pandionis Niso, rege Megaræ,

<sup>1)</sup> Fragmenta Euphorionis laudamus ex libro notissimo: *Analecta Alexandrina*, scripsit A. Meineke, Berolini, 1843.

<sup>2)</sup> Fragm. 94. Euphorionis: Μυσοίο παρ' Ἑδάσιον Ἀσκανίου pertinere videtur ad Hylæ fabulam; Hylam enim nymphæ lacus Ascanii rapuerunt. Cf. Antonin. Liber. 26. et Propert. I. 20, 3—4. (de Hyla Herculi erepto):

Sæpe imprudenti Fortuna occurrit amanti,  
Crudelis Minyis dixerit *Ascanius*

et ibid. vss. 15—16:

Quæ miser ignotis error perpessus in oris  
Herculis indomito fleverat *Ascanio*.

<sup>3)</sup> Hesiodus scilicet magno erat in pretio apud poetas Alexandrinos. qui carmine heroico Homérico spreto epylliis scribendis operam dabant, cuius generis exempla videbant apud Hesiodum in *Catalogo* et in carminibus eius minoribus.

et de filia Nisi, Scylla. Erat enim Nisus quoque filius Pandionis, regis Attici, immo etiam sepulcrum eius ostendebatur Athenis, ut Pausanias I. 19, 4. docet: ἔστι δὲ ὄπισθεν τοῦ Λυκείου Νίσου μνήμα, ὃν ἀποθανόντα ὑπὸ Μίνω βασιλεύοντα Μεγάρων κομίσαντες Ἀθηναῖοι ταύτη θάπτουσιν. Ceterum hæ duæ fabulæ (de filiabus Pandionis et de Niso Scyllaque) coniunguntur etiam in *Cirî* Pseudovergiliana.<sup>1)</sup> Carmen autem, ubi hæ fabulæ continebantur, maxima cum verisimilitudine potest vindicari Euphorioni, cuius *Mopsopia* varias continebat historias ex Atticarum fabularum cyclo petitas.<sup>2)</sup>

Vss. denique cantus Sileni 82—84. commemorantur carmina Apollinis ad Eurotam meditata, ubi interpretes iam pridem rectissime agnoscebant allusionem ad fabulam Hyacinthi Spartani ab Apolline amati, cui deus carmina sua cantare solebat ad Eurotam.<sup>3)</sup> Etiam de hac fabula egit Euphorion, ut fragmentis eius 36—38. docemur.

Quid est igitur cantus Sileni? Nihil aliud nisi excerptum ex tribus Euphorionis carminibus: vss. 41—73. ex *Hesiodo*, cuius partem ad nemus Gryneum pertinentem in Latinum transtulit Gallus; vss. 74—81. ex *Mopsopia*, vss. denique 82—84. ex *Hyacintho*. Ergo omnes fabulæ a Sileno narratæ ex Euphorione sunt sumptæ et totus cantus Sileni ex epylliis eiusdem est contertus, tamquam epitome poeseos Euphorioneæ.<sup>4)</sup>

Ex his iam, quid sit, quod Vergilio in hac ecloga scribenda

<sup>1)</sup> Cf. vss. *Ciris* 195. sqq., 408. sqq.

<sup>2)</sup> Cf. *Meineke*: *Analect. Alexand.* p. 12.

<sup>3)</sup> Cf. *Ov. Met.* X. 168—170. (de Phœbo Hyacinthi amatore):

In medio positi caruerunt præside Delphi,  
Dum deus *Eurotan* immunitaque frequentat  
Sparten.

<sup>4)</sup> Similiter excerpit Vergilius postea, vss. 9—69. eclogæ decimæ, elegias eroticas Galli, ubi hæc epitome poetica est media et principalis pars idyllii; character autem bucolicus in eo tantum spectatur, quod Vergilius se capellas pascentem de amoribus Galli cantare fingit. In hac quoque ecloga mentio est de studiis Galli Euphorioneis vss. 50—51. Præterea etiam Pollionis tragœdias carmine celebrare voluit, ut elucet ex *Ecl.* 8, 9—10: «En erit, ut liceat totum mihi ferre per orbem Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?»

maxime fuerit propositum, suspicari possumus, si consideramus, quantum Euphorionis nomen apud poetas illius temporis valuerit.

Nam circa annum 40. a. Chr. n., quo tempore ecloga sexta scripta est, Alexandrinorum vestigia legebant poetae optimi Romani, sectatores Catulli, Calvi et sociorum, qui praecipue epyllia scripserunt caractere prorsus Alexandrino. Ex his autem Catulli successoribus procul dubio clarissimus erat Cornelius Gallus, qui in epylliis scribendis exemplar sibi proposuit Euphorionem, de quo Servius ad Verg. Ecl. X. 1: «Euphorionem transtulit in Latinum sermonem.» In verba Alexandrinorum iurabat tunc temporis etiam Vergilius iuvenis, amicus Galli intimus, quamquam epylliis componendis ipse operam non dedit, sed carmina bucolica Theocritea, genus excellentissimum poeseos Alexandrinæ, civitate Romana donare conabatur. Quantopere tamen epyllia praeposuerit idylliis, elucet ex vss. 35—36. eclogæ *nonae*, ubi Cinnam, auctorem epyllii celeberrimi de *Smyrna*, ita praedicat:

Nam neque adhuc Vario videor neque dicere *Cinna*  
Digna, sed argutos inter strepere anser olores.

Poetae hi omnes, qui *neoterici* recte appellantur, Callimachi exemplum secuti contemnebant carmina longa heroica, praecipue Annales Ennii et sectatorum eius iam pridem obsoleta poeseos arte conscriptos tediumque sibi moventes. Sed cum essent multi, apud quos Ennius totumque ἔπος illud Homericum summo esset in pretio, non omnibus arridebat novum poeseos Romanae genus; praecipue autem *Cicero*, cultor Ennii ardentissimus, agre ferebat iactantiam iuvenum eosque omnibus modis ridiculos facere conabatur.\*) Sed maxime irasebatur illis, qui

\*) Cf. Cic. Epist. ad Attic. VII. 2, 1: «ita belle nobis

Flavit ab Epiro lenissimus Onchesmites.

Hunc σπονδαίοντα si cui voles τῶν νεωτέρων pro tuo vendito.» Hoc loco Cicero irridet poetas neotericos, qui hexametros spondiacos praecipue adamabant. Similiter Or. 48, 161: «quin etiam, quod iam subrusticum videtur, olim autem politius, eorum verborum, quorum eadem erant postremæ duæ litteræ, quæ sunt in «optumus», postremam litteram detrahebant, nisi vocalis insequeretur. Ita non erat ea offensio in versibus, quam nunc fugiunt *poetae novi*.»

Callimacho ceterisque non contenti iam *Euphorionem*, poetam inter Alexandrinos quoque obscurissimum imitari cœperant\*) scriptoremque talem Ennio præferre audebant. Quare l. II. c. 64. *De Divinatione* opposuit Homerum Euphorioni: «Nimis etiam obscurus Euphorion: at non Homerus: uter igitur melior?» Libro autem III. (c. 19.) *Tusculanarum Disputationum* loco quodam pulchro Ennii laudato ita exclamat: «O poetam egregium, quamquam *ab his cantoribus Euphorionis* contemnitur.» Quo autem nomine Cicero hoc loco imitatores Euphorionis notavit, id mox nomen contumeliosum poetarum neotericorum factum est, quod etiam Horatius, Alexandrinorum contemptor cultorque antiquorum, ante oculos habuit sectatorem quandam Calvi et Catulli Satir. l. I. 10. (vss. 18—19.) ita irridens:

... simius iste

Nil præter Calvum et doctus *cantare* Catullum.

Immo nunc etiam, qui historiam litterarum Romanarum scribunt, poetas novos *cantorum Euphorionis* nomine solent appellare.

Cicero *Tusculanas Disputationes* edidit anno a. Chr. n. 44., Vergilius eclogam sextam scripsit anno 40. Recens erat igitur adhuc iniuriæ a Cicerone neotericis illatæ memoria, quam præcipue ægre ferre debebat Vergilius, quia irrisio illa imprimis ad Gallum pertinebat, Euphorionem Romanum, amicum eius carissimum, qui una cum Alfeno Varo eum indemnem præstitit in agrorum distributione. Non est igitur vana suspicio, si Vergilium, qui iam in ecloga *secunda* (vss. 83—91.) celebraverat *nova* Pollionis *carmina* (i. e. nova poeseos arte scripta) et vehementer invectus erat in poetas obsoletos, Bavium et Mævium, Ciceronis verbis provocatum esse statuimus, ut Euphorionem peculiari carmine celebraret. Ceterum interpretes iam pridem quibusdam eclogæ sextæ locis locutiones ex *Tusculanis Disputationibus*

\*) Non Gallum fuisse Romæ solum, qui Euphorionem imitaretur, verisimile est. Nos carmen quoque 64. Catulli (de nuptiis Pelei et Thetidis) Euphorioni vindicandum suspicamus, cum etiam hoc argumentum Hesiodæum sit arte Alexandrina politum. Cf. Hesiod. fragm. 81. et Tzetis Prol. ad Lycophr. I. 260: ἐπιθαλαμιογράφοι δὲ ποιηταὶ... οὗτος ἴν'... καὶ Ἡσιόδου αὐτὸς γράψας ἐπιθαλάμιον εἰς Πηλέα καὶ Θέτιν.

sumptas esse animadverterunt.)\* Præterea, quod maximi est momenti, etiam fabula de Sileno capto, qua Vergilius usus est in ecloga bucolico caractere ornanda, occurrit in libro I. (c. 114.) *Tusculanarum Disputationum*: «Adfertur etiam de Sileno fabella quædam: qui cum a Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur: docuisse regem non nasci homini longe optimum esse, proximum autem quam primum mori.»\*\*) Unde eclogam sextam cum *Tusculanis Disputationibus* artissime cohærere elucet atque id quoque manifestum fit, cur poeta ex Sileno philosophum fecerit: nam iam in fabula Silenus inducitur deus sapientissimus.

Vergilius igitur ardenti studio neotericis addictus Euphorionem a Cicerone castigatum dignum esse imitatione hac ecloga demonstrare voluit. Qua de causa ex Sileno ipso fecit *cantorem Euphorionis* eumque cantare finxit pulcherrimas Euphorionis narrationes, quæ omnes aptissimæ erant, unde *poetae novi* epyllia arte Alexandrina composita facerent; atque, ut omnis de proposito suo tollatur dubitatio, in præfatione ad Varum aperte dicit (vss. 11—12.):

... nec Phœbo gratior ulla est,  
Quam sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.

Qua laude poeta modestissimus certe non eclogam suam voluit extollere, sed celebrare epyllia Euphorionea in cantu Sileni

\*) Cf. vs. 25. eclogæ (verba Sileni):

... carmina vobis,  
Huic aliud mercedis erit,

et Tusc. Disp. I. 114: «(Silenus) cum a Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur». Cf. etiam vs. 35:

Tum durare solum et *discludere Nerea ponto*

et Tusc. Disp. I. 20: «iram et cupiditatem *locis disclusit*: iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locavit.»

\*\*) Fabula supplenda est ex Ovid. Met. XI. 90—92:

At Silenus abest: titubantem annisque meroque  
*Ruricolæ cepere Phryges vinctumque coronis* .  
Ad regem duxere Midan . . .

Ceterum, ut Servius adnotat, iam Theopompus narravit fabulam de Sileno Midæ regi sapientiam suam tradente.

commemorata, elegantissima poematum exempla, et totam poeseos Alexandrinæ artem Phœbo omnibusque carminum fautoribus carissimam. Cum autem in media ecloga pro Euphorione Gallum in Helicone ponit,\*) eum inducit Euphorionis successorem dignissimum neotericorumque Romanorum principem, cumque Linum hæc facit dicentem (vs. 72—73.):

His tibi Grynei nemoris dicatur origo,  
Ne quis sit lucus, quo plus se iactet Apollo,

luculenter demonstrat Gallum et una cum eo neotericos rectissimam ingressos esse in poesi Romana viam.

Cur autem poeta tale potissimum carmen Alfeno Varo dedicaverit, facillime explicare possumus, si eum non solum Vergilii, sed etiam poeseos neotericæ fautorem fuisse statuimus. Neque enim incredibilis est interpretum nonnullorum opinio, qui Varum carm. 10. et 22. Catulli et *Alfenum* carm. 30. eiusdem commemoratum, intimum Catulli amicum, eundem atque nostrum *Alfenum Varum* fuisse putant; Catulli autem amicus certe commode poterat poesin neotericam cognoscere atque adamare.

Huc usque ne id quidem intellegere potuimus, cur Servius ad Ecl. VI. vs. 11. hæc adnotaverit: «Dicitur autem (ecloga sexta) *ingenti favore* a Vergilio esse recitata.» Ab hominibus enim eruditis, recitationum auditoribus, neotericorum amicis et præcipue a poetis illius temporis, qui Euphorionem totum accuratissime legebant et omnes eclogæ allusiones statim intellexerunt, certe maximo cum favore excipi debuit hoc carmen: erat enim omnibus clarum *hanc eclogam nihil esse aliud nisi defensionem poeticam neotericorum provocatam a Cicerone*, magno illo Euphorionis et poetarum novorum obtrectatore.

Qua disputatione id maxime egimus, Academia Amplissima!

---

\*) Eæ laudes, quibus Vergilius Gallum celebrat, i. e. vs. 66:

Utque viro Phœbi chorus adsurrexerit omnes

et vs. 73:

Ne quis sit lucus, quo plus se iactet Apollo,

certe non inerant in proœmio illo Euphorioneo, sed sunt additamenta Vergilii.

ut detegeremus eas potissimum res, quas interpres eclogarum Germanus supra laudatus rectissime putaverat ad totum carmen intellegendum maxime necessarias: «*die vermutlich vorliegenden Beziehungen auf allerlei Ereignisse in der Umgebung des Dichters oder in der Literatur des Tages.*» Quæ cum oblivioni tradita essent una cum carminibus Græcis Euphorionis, obscura facta est tota ecloga Servio interpretibusque æqualibus.

Ceterum Vergilius ne postea quidem, cum iam ad maiora se accinxisset, prorsus oblitus est Alexandrinorum et Euphorionis.

Scipsit enim epyllion Alexandrina arte compositum, fabulam de Aristæo in IV. Georgicon libro, quam ex Euphorione ipso sumptam esse suspicor; est enim argumentum Hesiodeum (cf. Hesiod. fragm. 129—130.) compositionis et dicendi genere Alexandrinis proprio politum. Immo in Aeneide quoque sunt aliquot loci, ubi interpretes antiqui Euphorionem afferunt Vergilii auctorem, ut adnotationibus Servii ad Aeneid. II 32., 19., 201., 341. et III. 17. docemur.

II. rész. 80 f. — III. *Barna F.*: A mordva nép házassági szokásai. 60 f. — IV. *Télfy*: Jelentés ujhellén munkákról. 60 f. — V. *Kálmány L.*: Mythologiai nyomok a magyar nép nyelvében és szokásaiban. 20 f. — VI. *Putnoky M.*: Etymologicum magnum Romaniae. 40 f. — VII. *Simonyi*: A magyar szótók. 60 f. — VIII. *Simonyi*: A nyelvújítás történetéhez. 40 f. — IX. *Brassai*: Szórend és accentus. 80 f. — X. *Télfy*: Három francia hellenista és a volapük. 40 f. — XI. *Némethy G.*: Euhemeri reliquiæ. 1 K 20 f. — XII. *Vikár B.*: Gáti István steganographiája, kapcsolatban a modern stenographiával. 80 f. (1887—1889.) — XV. k. I. *Dr. Schreiner M.*: Az iszlam vallásos mozgalmai az első négy században. 60 f. — II. *Haraszi*: André Chénier költészete. 3 K. — III. *Simonyi*: Kombináló szóalkotás. 80 f. — IV. *Hunfalvy P.*: Az aranyosszéki mohácsi nyelvemlékek. 30 f. — V. *Zichy A.*: Psychiatria és politika. 20 f. — VI. *Télfy*: Ujabb hellén munkák és a hellén nyelvtanítás. 1 K 20 f. — VII. *P. Theurewk E.*: A magyar zene tudományos tárgyalása. 40 f. — VIII. *Asbóth O.*: A hangsúly a szláv nyelvekben. 1 K 60 f. — IX. *Simonyi*: A nyelvújítás és az idegenszerűségek. 1 K 20 f. — X. *Télfy*: Kisfaludy Károly «Mohács»-a görögül. 80 f. — XI. *Dr. Kégl S.*: Tanulmányok az újbabkori persa irodalom történetéből. 3 K. — XII. *Gróf Kuun G.*: Ujabb adatok a kún Petrarca-Codexhez. 30 f. (1889—1892.) — XVI. k. I. *Finaly*: A besztercei szöszedet. 4 K. — II. *Goldziher I.*: A pogány arabok költészetének hagyománya. 1 K 20 f. — III. *Asbóth O.*: A szláv szók a magyar nyelvben. 90 f. — IV. *Pecz V.*: Paraspondylos Zotikos költeménye a várnai csatáról. 60 f. — V. *Télfy*: Új-görög munkák ismeretése. 40 f. — VI. *Télfy*: Két új-görög nyelvtan magyarul és a mai görög verstan. 40 f. — VII. *Szamota I.*: A Murmelius-féle latin-magyar szójegyzék 1533-ból. 1 K. — VIII. *Hegedüs I.*: Guarinus és Janus Pannonius. 1 K 60 f. — IX. *Dr. Kúnos I.*: Kiszászia török dialektusairól. 90 f. — X. *Hegedüs I.*: Dicsének Jacobus Ant. Marcellusra. Irta Janus Pannonius. (1892—1897.) — XVII. k. I. *Dr. Mahler*: Egyiptologiai tanulmányok a chorologia köréből 30 f. — II. *Kúnos*: Naszreddin hodsa tréfái. 3 K. — III. *Kégl S.*: A perzsa népdal. 90 f. — IV. *Melich J.*: Melyik nyelvjárásból valók a magyar nyelv régi német jövevényszavai? 1 K 20 f. — V. *Kozma P.*: Brassai Samuel mint æsthetikus és műkritikus. 2 K. — VI. *Dézi L.*: Sz. Ágoston reguláinak magyar fordítása Cœlius Gergelytől. 2 K. — VII. *Vadnai*: Czakó Zsigmond ismeretlen drámai költeménye. 30 f. — VIII. *Gyomlay*: Szent István veszprémvölgyi donatójának görög szövegéről. 1 K 20 f. — IX. *Mahler*: Adalékok az egyiptomi nyelvhez. 60 f. — X. *Id. Szinnyei J.*: Az első magyar bibliographus. 60 f. (1898—1901.) — XVIII. k. I. *Gyomlay*: Böles Leo Taktikája mint magyar történelmi kútforrás. 1 K. 20 f. — II. *Katona L.*: Temesvári Pelbárt Pélái. 1 K 20 f. — III. *Némethy G.*: A római elegia viszonya a görögöz. 48 f. — IV. *Thúry J.*: A «Behdset-ül-Lugat» csagatáj szótár. 1 K 20 f. — V. *Katona L.*: Alexandriai sz. Katalin legendája középkori irodalmunkban 1 K 60 f. — VI. *Dr. Cserép J.*: Határidőszámítás a rómaiaknál. 40 f. — VII. *Thúry J.*: Török nyelvemlékek a XIV. század végéig. 1 kor. — VIII. *Szilasi M.*: Adalékok a finn-ugor palatalis mássalhangzók történetéhez. 1 kor. — IX. *Kégl S.*: Szenáji. 3 kor. — X. *Katona L.*: A Teleki-codex. 1 kor. 60 f. — XIX. k. I. *Bayer*: Egy magyar Eszther-dráma. 60 f. — II. *Haraszi*: A renaissance francia színiköltészete és a színszerűség. 1 kor. 20 f. — III. *Thúry J.*: A közép-ázsiai török irodalom. 1 kor. 50 f. — IV. *Melich J.*: A brassói latin-magyar szótár-töredék. 60 f. — V. *Pecz V.*: A classica philologia jövője. 60 f. — VI. *Hegedüs I.*: Petrarca «Szózatja». 50 f. — VII. *Kúnos I.*: Ada-Kaléi török népdalok, fordítással és jegyzetekkel. 2 kor. — VIII. *Cserép J.*: C. Julius Cæsar commentariusainak folytatásai és Asinius Pollio. 80 f. — IX. *Melich J.*: Szikszai Fabricius Balázs latin-magyar szójegyzéke 1590-ből. 3 K. — X. *Kégl Sándor*: Dselál ed-Din Rûmi négysoros versei. 1 K 50 f. — XX. k. I. *Ferenzi Zoltán*: Petöfi és asocializmus. 1 K. — II. *Schmidt J.*: Az itáliai nyelvészlád helyzete azindogermán nyelvek körében. 1 K 50 f. — III. *Asbóth Oszkár*: Szláv jövevényszavaink. (I. rész.) 2 K. — IV. *Melich J.*: Révai Miklós nyelvtudománya. 1 K. — V. *Némethy Géza*: Ovidius és Lygdamus. 1 K. — VI. *Geyza Némethy*: De epodo Horatii cataleptis Vergili inserto. 1 K. — VII. *Goldziher Ignác*: Uri János. 30 f. — VIII. *Horráth Cyrill*: Joannes Vercellensis és a magyar Margit-legenda. 90 f. — IX. *Vári Rezső*: A ciliciai Oppianus Haliëutikájának kéziratú hagyománya. I. (bevezető) rész. — X. *Asbóth Oszkár*: A j ^ gy változás a hazai szlovének nyelvében és a dunántúli magyar nyelvjárásokban. 1 K 20 f. — XXI. k. I. *Geyza Némethy*: De Ovidio Elegiæ in Messallam auctore. 60 f. — II. *Váczy János*: A nyelvújítás gyözelme. 1 K 60 f. — III. *Hegedüs István*: Menander redivivus. 2 K 80 f.

*Megrendelhetők, a mennyiben még készletben vannak, a Magyar Tud. Akadémia Könyvkiadó-hivatalában Budapest, V. Akadémia-utca 2.*

irodalom között. 20 f. — V. *Barna F.*: Néhány ösműveltségi tárgy neve a magyarban. 60 f. — VI. *Télfy*: Rankavis Kleon új-görög drámája. 60 f. — VII. *Imre S.*: A nevek uk és tik személyragáról. 40 f. — VIII. *Ballagi M.*: Emlékbeszéd Székács József t. tag fölött. 40 f. — IX. *Vámbery*: A török-tatár nép primitív culturájában az égi testek. 20 f. — X. *Volf Gy.*: Batori László és a Jordánszky-codex bibliorordítása. 20 f. (1877—1879.) — VIII. k. I. *Dr. Ábel J.*: Corvin-codexek. 1 K 20 f. — II. *Barna F.*: A mordvaiak pogány istenei s ünnepi szertartásai. 1 K. — III. *Dr. Genetz A.*: Orosz-lapp utazásomból. 40 f. — IV. *Gr. Zichy Á.*: Tanulmány a japáni művészetről. 2 K. — V. *Szász K.*: Emlékbeszéd Pázmándi Horvát Endre 1839-ben elhunyt r. t. fölött. 20 f. — VI. *Hunfalvy P.*: Ukkonpohár. A régi magyar jogi szokásnak egyik töredéke. 40 f. — VII. *Mayer A.*: Az ugynevezett lágy aspiráták phonetikai értékéről az ó-indben. 1 K 20 f. — VIII. *Dr. Ábel J.*: Magyarországi humanisták és a dunai tudós társaság. 1 K 60 f. — IX. *Dr. Pozder K.*: Ujperzsa nyelvjárások. 1 K. — X. *Imre S.*: Beregszászi Nagy Pál élete és munkái. 60 f. (1879—1880.) — IX. k. I. *Budenz J.*: Emlékbeszéd Schiefner Antal k. tag felett. 20 f. — II. *Gr. Zichy Á.*: A Boro-Budur Jáva szigetén. 80 f. — III. *Ballagi M.*: Nyelvünk újabb fejlődése. 40 f. — IV. *Vámbery*: A hunnok és avarok nemzetisége. 60 f. — V. *Hunfalvy P.*: A Kün- vagy Petrurka-codex és a künök. 60 f. — VI. *Szász K.*: Emlékbeszéd Lewes Henrik György külső tag felett. 10 f. — VII. *Barna F.*: Ős vallásunk főistenei. 80 f. — VIII. *Dr. Ruzsicska K.*: Schopenhauer æsthetikája. 20 f. — IX. *Barna F.*: Ős vallásunk kisebb isteni lényei és áldozat szertartásai. 60 f. — X. *Dr. Kont I.*: Lessing mint philologus. 60 f. — XI. *Bogisich M.*: Magyar egyházi népénekek a XVIII. századból. 1 K. — XII. *Simonyi*: Az analogia hatásáról, főleg a szóképzésben. 40 f. (1880—1881.) — X. k. I. *Simonyi*: A jelentéstan alapvonalai. 60 f. — II. *Heinrich G.*: Etzelburg és a magyar hünmonda. 40 f. — III. *Hunfalvy P.*: A M. T. Akadémia és a szualmi irodalmi társaság. 40 f. — IV. *Joannovics*: Értsük meg egymást. 60 f. — V. *Ballagi M.*: Baranyai Decsi János és Kis-Viczay Péter közmondásai. 20 f. — VI. *Dr. Pecz V.*: Euripides tropusai összehasonlítva Aeschylus és Sophokles tropusaival. 1 K 20 f. — VII. *Szász K.*: Id. gróf Teleki László ismeretlen versei. 20 f. — VIII. *Bogisich M.*: Cationale et Passionale Hungaricum. 60 f. — IX. *Jakab E.*: Az erdélyi hírlapirodalom története 1848-ig. 1 K. — X. *Heinrich G.*: Emlékbeszéd Klein Lipót Gyula kultat felett. 80 f. — XI. *Bártalus*: Ujabb adalékok a magyar zene történelméhez. 80 f. — XII. *Binóczy J.*: A magyar romanticismus. 20 f. — XIII. *Bártalus I.*: Ujabb adalék a magyar zene történelméhez. 80 f. (1882.) — XI. k. I. *Hunfalvy P.*: Ugor vagy török-tatár eredetű-e a magyar nemzet? 40 f. — II. *Télfy*: Ujgörög irodalmi termékek. 80 f. — III. *Télfy*: Középkori görög verses regények. 60 f. — IV. *Dr. Pozder K.*: Idegen szók a görögben és latinban. 1 K. — V. *Vámbery*: A csuvasokról. 60 f. — VI. *Hunfalvy P.*: A számlálás módjai és az év hónapjai. 40 f. — VII. *Majláth B.*: Telegdi Miklós mester magyar catechismusa 1562-ik évből. 20 f. — VIII. *Dr. Kiss I.*: Káldi György nyelve. 1 K. — IX. *Goldziher*: A muhammedán jogtudomány eredetéről. 20 f. — X. *Barna F.*: Vámbery Ármín «A magyarok eredete» című műve néhány főbb állításának bírálata. 1 K 20 f. — XI. *Ballagi M.*: A nyelvfejlődés történelmi folytonossága és a Nyelvőr. 40 f. — XII. *Vámbery*: A magyarok eredete és a finn-ugor nyelvészet. I. 60 f. (1883—1884.) — XII. k. I. *Dr. Kont I.*: Seneca tragédiái. 1 K 20 f. — II. *Dr. Nagy S.*: Szombatos codexek. 60 f. — III. *Szász B.*: A reflexiv és valláserköltési elem a költészetben s Longfellow. 60 f. — IV. *Kúnos és Munkácsi*: A belviszonyragok használata a magyarban. 1 K. — V. *Vámbery*: A magyarok eredete és a finn-ugor nyelvészet II. 1 K. — VI. *Volf Gy.*: Kiktől tanult a magyar írni, olvasni? 1 K. — VII. *Thury J.*: A kasztamuni-i török nyelvjárás. 1 K. — VIII. *Télfy*: Nyelvészeti mozgalmak a mai görögöknél. 40 f. — IX. *Kálmány L.*: Boldogasszony, ősvallásunk istenasszonya. 40 f. — X. *Brassai*: A mondat dualismusa. 1 K 20 f. — XI. *Gr. Kuun G.*: A kunok nyelvéről és nemzetiségéről. 80 f. — XII. *Ábel J.*: Isota Nogarola. 1 K. (1884—1885.) — XIII. k. I. *Heinrich G.*: Kudrun, a monda és az eposz. 80 f. — II. *Barna F.*: A votják nép multja és jelene. 60 f. — III. *Goldziher I.*: Palesztina ismeretének haladása az utolsó három évtizedben. 80 f. — IV. *Ábel J.*: A homeroszi Demeter-hymnusról. 1 K. — V. *Barna F.*: A votjálók pogány vallásáról. 40 f. — VI. *Szarvas Gábor*: A régi magyar nyelv szótára. 20 f. — VII. *Budenz J.*: Egy kis viszhang Vámbery Ármín ur válaszára. 40 f. — VIII. *Szily K.*: Ki volt Calepinus magyar tolmácsa. 20 f. — IX. *Bogisich M.*: Szegedi Lénárt énekeskönyve. 1 K. — X. *Joannovics*: Szórendi tanulmányok. I. rész. 60 f. — XI. *Pecz V.*: A kisebb görög tragikusok tropusai 20 f. — XII. *Télfy*: Heraclius. Rankavis Leon hellén drámája. 60 f. (1885—1886.) — XIV. k. I. *Ábel J.*: Az ó- és középkori Terentius biographiák. 80 f. — II. *Joannovics*: Szórendi tanulmányok